



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

75. Ut omnis Presbyter duas ampullas in cœna Domini ad civitatem  
deferat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

tangat, aut aliquis perfidus ad Dei iudicium subvertendum subripiat. quod experimento didicimus. [*Vide Concilium Metense anni 888. cap. VI.*]

Si Presbyter chrisma dederit ad iudicium subvertendum. *Ex Capitularibus, tit. LV.*

LXXIII. Ut Presbyter qui chrisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo depositus fuerit, manum amittat. Lib. 5. Capitular. c. 55. Lex Longobardor. lib. 3. tit. 27. c. 4.

Ut nullus Presbyter pro chrisma aliquod munus det. *Ex Concilio Meldensi cap. XLV.*

LXXIV. Ut nemo Episcoporum vel quilibet minister ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros Episcoporum à Presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet tamen Presbyteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos. Burchard. lib. 5. c. 77.

Ut omnis Presbyter duas ampullas in cœna Domini ad civitatem deferat. *Ex Capitulis, tit. CLVI.*

LXXV. Ut Presbyter in cœna Domini ampullas duas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendum vel infirmos juxta sententiam apostolicam, ut quando quis infirmatur, inducat Presbyteros Ecclesiæ, qui pro ipso orent, Lib. 1. Capitular. c. 162. Burchard. lib. 4. c. 75. Fac. 5.



eumque inunguant. & cetera.

*Consentiunt in hoc loco editio Helma-  
diensis & codex MS. Parisiensis quo nos usi  
sumus. Variant autem libri Capitularium.  
In editis sanè, tum apud Burchardum, & in  
veteri codice MS. Bibliothecæ Colbertina,  
tum etiam in nostro, precipitur ut Presbyter  
tres ampullas secum deferat Sed in veteri co-  
dice MS. ex quo prima Parisiensis editio  
prodiit, tum etiam in antiquissimo libro mo-  
nasterij Rivipullensis, ita omnino legitur:  
Ut Presbyter in cœna Domini duas ampul-  
las secum deferat, unam ad chrisma, alte-  
ram ad oleum ad catechumenos inunguen-  
dum vel infirmos juxta sententiam &c.  
Hanc ultimam lectionem secutus est Regino.  
Contrà in veteri codice pontificali Ecclesie  
Rotomagensis apud Hugonem Menardum in  
Notis ad librum Sacramentorum pag. 80.  
Mane primo Mansionarij ordinent omnia  
quæ sunt necessaria ad consecrationem  
chrismatis, ampullas tres de oleo mundissi-  
mo plenas ponentes in sacrario, unam ad  
oleum pro infirmis, alteram ad chrisma,  
tertiam verò ad oleum ad catechumenos  
ungendum.*

De Presbyteris qui longè positi sunt. *Item  
unde suprâ capite XCIII.*

Ljb. 1. Capi-  
tular. c. 99.  
Burchard. lib.  
4. c. 79.

LXXVI. De Presbyteris qui accipien-  
di gratia chrismatis ad civitates in cœna Do-  
mini venire soliti erant, sancitum est ut de  
his qui longè positi sunt, de octo vel decem  
unus ab Episcopo eligatur, qui acceptum